

Abrahæ dictæ sunt re promissiones & semini eius. Sed illi qui firmes sunt Isaac.

¶ Deinde cum dicit, (Id est non qui filij &c.) exponit auctoritatem inducendam secundum quod facit ad propositum. Ad cuius evidentiam accipiendum est quod Apostolus dicit Galat. 4. Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alium de libera: sed qui de ancilla scilicet Hymael secundum carnem natus est, quia. i. secundum legem & consuetudinem carnis ex iuencula natus est: qui autem ex libera. i. Isaac per re promissionem & non secundum carnem. i. non secundum carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, ut habetur Gene. 18. Quamvis sit natus secundum carnem id est secundum substantiam carnis quam accepit a parentibus. Ex quo apostolus hic accipit quod illi non adoperantur in filios dei qui sunt filij carnis. i. ex hoc ipso quod secundum carnem progeniti sunt Abraham, sed illi asseruntur in semine quibus facta est re promissio qui sunt filij promissionis. i. illi qui ex gratia promissionis diuinitati sunt filij Abrahæ secundum imitationem fidei, sed in illud Matth. 3. Potens est deus de lapidibus his succurrere filios Abrahæ. Sicut enim Hymael secundum carnem natus est non copulatus in semine, sed Isaac per re promissionem natus. ¶ Tertio, ibi, (Repro. i. iherosolimitanus &c.) probat conuenientem fuisse suam expositionem qua per Isaac significari dixit eos qui sunt filij re promissionis, quia. i. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, (Promissionis enim.) Hoc verbum est quod angelus immo dominus in angelo dixit ad Abraham Gen. 18. Secundum hoc tempus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis mittit deus filium suum. (Et erit Sara filius.) scilicet per gratiam re promissionis. Vnde & Galat. 4. dicitur, (Vt ad adoptionem filiorum reciperemus.

¶ Deinde cum dicit, (Non solum autem illa &c.) manifestat propositum quantum ad Iacob. Et primo ponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi, (Cum enim nondum nati &c.) Dicit ergo primo, (Nondum illa. i. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed & Rebecca habens in utero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem factam, & hoc ex vno concubitu Isaac patris nostri. Dicitur enim Gene. 25. Quod Isaac rogauit p uxore sua eo quod sterilis esset, & dedit dominus conceptum Rebecca & concubidebantur in ventre eius paruuli. ¶ Et est notandum quod hoc apostolus inducit contra Iudæos qui reputabant se dei gratiam adepturos propter merita patrum, contra quos dicit de viris iustus Ezechielis. 14. Quod si filium & filiam non liberabunt, sed ipsi in iustitia tua liberabuntur. Vnde & Ioannes Iudeis dicebat Matth. 3. Ne ceperitis dicere, Patrem habemus Abraham &c.

¶ Contra horum opinionem ergo primo induxerat quod de filiis Abrahæ vnus erat electus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere vel diuinitati matris quia Hymael natus est de ancilla & Isaac de libera, vel diuinitati meritorij patris, quia Hymael genuit in circuitu cibus, Isaac autem circumcibus. Vt igitur non ne liberatum excludatur inducit exempla vbi vnus eligitur & alius reprobatur eorum qui non solum ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu.

¶ Deinde cum dicit, (Cum nondum &c.) ostendit propositum & primo per auctoritatem. Gen. 25. Per auctoritatem prophete, ibi, (Sicut scriptum est &c.) Circa primum tria facit. Primo designat tempus promissionis & dicit quod per re promissionem est vnus filiorum Rebecca alij prelatum nondum nati fuissent. Et sicut per superiora exclusit opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita etiam per hoc excludit errorem Manicheorum qui diuersitatem eorum quæ

hominibus accidit natiuitati ascribunt, vt. i. vnus seruus, vnusq; vita & mors dispensatur secundum consiliarios nem sub qua natus est, contra quod dicitur I. i. 10. A signis calu nolite metuere quæ gētes timent. Subdit autem, (Aut aliquid egissent boni aut mali, vbi excluditur error Pelagianorum qui dicunt secundum merita pre cedentia gratiam dari, cum tamen scriptum sit. Thim. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam nos saluos fecit. Vt truncus autem horum ostenditur falsum, per hoc quod ante natiuitatem & ante opera vnus filiorum Rebecca alteri est prelatum. Excluditur per hoc etiam error Origenis qui Error Origenis

posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas. & quod pro meritis eorum quæ ibi egerunt bene vel male diuersitatem vitæ fortiuntur, secundum quem non posset esse verum quod hic dicitur, Cum nodum aliquem mali vel boni egissent. Contra hoc autem est quod dicitur Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent alba matutina, & iubilarent omnes filij dei? Possent enim secundum Origenis errorem respondere. Erant inter ipsos dei filios iubilantes. Secundo ostendit quod accipi possent ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in utero exiit tantum alteri est prelatum, dicens, Vt propositum dei. i. voluntatis vnum pre alio magnificare, maneret. i. firmum esse & hoc non secundum merita, sed secundum electionem id est in quantum ipse deus spontanea voluntate vni alteri precelegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti. Hoc autem est propositum predestinationis de quo Iherem dicitur, Prae cestinasti secundum propositum voluntatis eius. Tertio ponit promissionem, dicens, Non ex operibus quæ nulla preceleserit, vt dicitur est, sed ex vocante. i. quod ipsa gratia est vocantis, de quo supra dicitur est, Quos precelestinauit nos & vocauit. dicitur est ei. i. Rebecca, quia maior. i. Esau seruit minori. i. Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum perionas, & sic intelligitur. Esau seruus Iacob, non dicitur sed occasionaliter in quantum persecutio quam ei intulit in eius bonum cessit, secundum illud Prover. 11. Quis stultus est seruit sapienti. Secundo potest referri ad populos ex vtroq; progenitis quia Iudæi aliquando dixerunt subiecti Israelitis, secundum illud Psal. In idumeam extendam calcamenum meum. Et hoc videtur competere his quæ præmittuntur in Gen. Præmittitur enim duo. populi ex ventre tuo diuidetur: populus populo iuperabit, & maior minori seruet. Tertio potest intelligi figuratiter dicitur, vt p maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primo ad adoptionem filiationis accipit, secundum illud Exo. 4. Primogenitus meus Irael. Per incrementum autem figuratur populus gentium qui postea est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Luc. 15. Maior ergo populus seruit minori. non in quantum Iudæi sunt nostri capsa, n; custodi. nte: libros ex quibus nostræ fidei testimonium perhibetur. Io. 5. Scrutamini scripturas.

¶ Deinde cum dicit, (Sicut scriptum est &c.) probat propositum ex auctoritate prophete, dicens, Sicut scriptum est. i. i. Malach. prophete ex persona dei, dicitis, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Dicit autem hic quædam glo. Quod id quod supra dicitur est, maior seruet minori, dicitur est secundum præsentiam, Quod autem hic dicit est intelligendum secundum iudicium qui. i. deus propter bona opera dilexit Iacob, sicut & omnes sanctos diligit. Prover. 8. Ego diligentes me diligo. Esau vero odio habui propter peccata. sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed quia dilectio hominis preuenit ad dilectionem dei secundum illud in fra. 10. Non quasi nos dilexerit deus, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere quod ante Iacob

Triplix iter Esau seruit Iacob.

Iudei sunt nostri capsa, sarij seruantes libros si dei.

Error Manichei & astrologorum.